TIRASONENSIS IVRISDICTIONIS.

IN IVSTIFICATIONE IVRISFIRMÆ, SENtentiæ tolentis signa Regia.

ILLVSTISSIme D. Illustrissimus Episcopus Tirasonensis, eiusque Matrix Ecclesia, in S. Rotæ Auditorio, obtinuerunt rem iudicatam, eiusque virtute Executoriales litteras, super libero exercitio iurisdictionis Ecclesiasticæ, ad nutum, ex quacumque parte, ad totam Dioces. cōtra Civitatem, & Comunitatem Calatuiubij, comuniter, & singulariter; quibus intimatis; comparuerunt in Regia Audientia, in processu Apprehensionis (ab eis ad impediendam executionem rei iudicatæ, in S. Rota) intentato, super eodem iure, eadem re, & inter easdem personas, & partibus vsque ad satietatem auditis: tandem Senatus 21. Novembris 1667. pronuntiavit, tollenda esse signa Regia, remque restituendam illi, vel illis, &c.

Ex qua pronuntiatione, parte audita, iuxta *doctr. D. R. Sesse de inhib. cap. 2. §. 2. num. 48. & 49.* nascitur exceptio; *cap. cum quidam fin. de excep. in 6.* vbi Bonifacius VIII. declarat, teneri locorum ordinarios cōpellere, per censuram Ecclesiasticam, Iudices sæculares, ad admitendas exceptiones rei iudicatæ, apud Iudices Ecclesiasticos; & vice versa: Ecclesiasticos, debere admitere exceptiones rei iudicatæ, apud sæculares, in his quæ animarum periculum non inducunt. Verificata identitate, iuris, rei, & personarum re-

qui-

quisita à *DD. ad dict. cap. fin. vt videre est in colect. Barboss. ad dict. cap. fin. nu.* 11. & cum inhibitiones Iudicis Ecclesiastici, non impediant apprehensiones, *Bard. ad For. por quanto por el Fuero à num.* 35. si Curia, non roboraret inhibitione exceptiones Regnicolarum, absque remedio remanerent gravati, pro cedendo in infinitum provissiones apprehensionis: procedatq; inhibitio, adhuc pendente in Curia, Iudicio, per electionem iurisfirmæ gravaminum, *Sesse de inhibit. cap. 2. §. 4. num. 36.*

Roboratur: nam quando duæ apprehensiones, super eodem iure, re, & personis, reperiuntur, prius pronuntiata, facit silere aliã, *Mol. verb. Apprehensio, fol. 30. col. 3. vers. Circa materiam*, ibi: *Fuit declaratum, quod obstãte dicta exceptione rei iudicata, debebat tolli dicta vltima apprehensio*, quæ regula, etiam procedit in inhibitionibus, *Suelv. cons. 48. inf. in cent.* & cum sententia tollendi signa Regia sit difinitiva, extinctiva apprehensionis, & quia non habemus extinctionis extinctionem, irrevocabilis, *Sesse decis.* 118. *num.* 34. & vt proveniens ex apprehensione privilegiata, *Bard. de apprehens. par. 2. quæst. 6. per tot. & præcipuè, nu. 6. fol.* 480. *Sesse decis. 295. num. 2.* æquiparetur que sententiæ difinitivæ, in propietate latæ, in processu apprehensionis, quæ impedit appellitũ de tolli fortiam, *Mol. fol. 36. col. 3. vers. Et per istum Forum*, absque dubio procedet in nostro casu, in quo iurisdictio Regiæ Audientiæ, cum iurisdictione Curiæ D. Iustitię Arag. propter violentiam, quę allegatur in apprehensionibus, est præventiva, *Bard. de officio Iustit. Arag. for. 14. fol.* 119. *col.* 3. ibi: *Supersedetur in provisione Iustitiæ, propter præcedentem præventam provissionem, ab alio Iudice: sic in apprehensionibus, & alijs rebus, propter præventione in iurisdictionis, in rebus, & personis.*

ſonis. Cumque in Regia Audientia ſit data ſententia, in contradictorio iudicio, partibus auditis, ſuper ſedere mandare, in apprehenſionibus ſuper eodem iure, & perſonis, proviſsis, ſtante ſuis veribus ſententia R. Aud. inhibitione Curiæ, & ne aliæ ſimiles provideantur procedet, quod ſperant. Salva, &c. Cæſarauguſtæ 21. Februarij 1668.

Et si aprehendens obtineret deberet illico restituere rem obtinenti in propietate nihil sibi prodeset Victoria Mol. fol. 36. col. 3. vers. et esset ratio ibi si talis Victoria nihil sibi prodeset, et nullius esset effectus

D. Didacus Ignatius Alegre.